



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepisc. Et Capituvo Arelaten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

referatum, nonnunquam in partibus vestris propter insolentiam Prælatorum contingit Ecclesias debitis intolerabilibus prægravari, pro eo quod earum negotia tanquam propria pertractantes, Clericorum assensum non exigunt in agendis. Cum ergo quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, auctoritate præsentium districtius inhibemus ne Præpositus vester sine omnium vel majoris partis & sanioris assensu pecuniam recipiat mutuo, vel pro ea præster fidejussoriam cautionem. Si verò (quod non credimus) contra prohibitionem nostram Ecclesiam præsumperit aggravare, quod ab eo factum fuerit, decernimus non tenere. Nulli ergo &c. Datum ut supra.

ARCHIEPISC. ET CAPITULO Arelaten.

Epist. 475. Ut Præpositus accepti & exposita rationem reddat.

Cum instantia nostra quotidiana sit, secundum Apostolum, omnium Ecclesiarum sollicitudo continua, summo studio satagere nos oportet quod status earum in spiritualibus & temporalibus suscipiat incrementa, & in deterius (quod absit) aliquorum desidia non labatur. Sanè, sicut nostris est auribus intimatum, in Arelaten. Ecclesia id consuetudinis noscitur obtinere, quod Præpositus ipsius Ecclesie coram Archiepiscopo & Capitulo administrationis sue reddat statutus temporibus rationem, sicut à suis prædecessoribus fuit hætenus observatum. Cum itaque consuetudinis ususque longævi non sit vilis auctoritas, & præsertim quando rationi non obviat & canonicis institutis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus præfatum Præpositum ad præmissam consuetudinem observandam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. quod citra mandatum nostrum deberet efficere, si famam suam vellet servare apud homines illibatam; ne Judæ notam sinistrae suspicionis incurreter, unde facta sua vellet fratribus & sociis occultare. Datum ut supra.

ARCHIEPISC. ARELATEN.

Epist. 474. Ut de personarum pro sua voluntate ordinare possit.

Cum Arelaten. Ecclesie personatus prædecessores tui dicatur de pontificalis mensæ redditibus statuisse, usque ad tempora ista ordinatio ipsorum ad Pontifices, qui fuerunt pro tempore, sicut nostro est apostolatui referatum, nos-

citur spectavisse. Cum autem personam tuam sincera diligamus in Domino caritate, nec velimus pontificalia jura tuis temporibus minui, sed augeri; ut de jam dictis personatibus, sicut & prædecessores tui sine contradictione qualibet habuerunt, liberam habeas potestatem secundum Deum & profectum commissæ tibi Ecclesie ordinandi, appellatione frustratoria non obstante, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum ut supra.

PRÆPOSITO S. IOHANNIS de Cimiterio, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicè substituendis in perpetuum.

Effectum justa postulantibus &c. usque ad verbum annuimus, & præfaram Ecclesiam sancti Iohannis de Cimiterio in Papien. suburbio sitam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicitis recordationis Lucij Papæ prædecessoris nostri sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Marci, quæ in parochia vestra fundata est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ, positam in porta aurea, cum pertinentiis suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ, positam in castello Lanfranci, cum omnibus pertinentiis suis. & plebem quæ dicitur Rete, cum omnibus pertinentiis suis. Sanè cum generale &c. Sepulturam quoque &c. Obeunte verò &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicæ auctoritate & diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futuram &c. Datum Laterani per manum Raynaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, XVIII. Kalend. Ianuarij, Indictione secunda, incarnationis dominicæ anno MCXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno primo.

Epist. 475. Suscipit eos sub protectione apostolica.

ARELATEN. ARCHIEPISCOPO.

Gravem lapsum monasterij sancti Gervasij de Fos nostro noveris apostolatui referatum, quod cum collegium ipsius propter insolentiam monachorum ad binarium sit redactum, duo monachi, qui supersunt, Dei timo-

Epist. 476. Ut Monasterium S. Gervasij instaurer. Vide supra epist. 464.